Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 280

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 184.

Petrus de Rosenhaim Bavarus, Prior Mellicensis, obiit circa annum 1440; estque idem, qui avizationes dedit Stephano de Rietten, tal, cum emitteretur ad Seittenstetten in causa reformationis, et Abbatem nostrum Laurentium dignitate privaret.

Cod: CCLXXX.

Chartac: 4. Sæc: 15.

B 6.5.

1.

Joann: de Marienwerder Expos: Symboli Apostol.

1a–127b

Joannis de Marienwerder Expositio Symboli Apostolorum. Finita tabula alphabetica materiarum incipit præfatio". Venite ambulemus &c. Plura vide in Cod: CCXIV. n: 6.

2.

Franc: de Brega quæst: de corpore Xti.

134a–160b

Francisci de Brega quæstiones de corpore Xti. Inscriptio sonat: " Nota questiones de corpore Xti compilate per Reverendum Magistrum franciscum de Brega professorem Sacre Theologie." Initium est: " Utrum Sacramentum eukaristie sit dandum laycali populo sub utraque specie." In fine subscriptum est: " Expliciunt questiones de corpore Xti compilate per Magistrum franciscum Et sunt pronunciate per magistrum Conradum et finite per Gregorium filium Nicolai Rotificis de Oppova sub aõ dñi M°. CCCC LX ij°. feria 4".

f. 160v

Scriptum hoc doctrinam Hussi impugnat, cujus quoque expressa fit mentio; author vero eruditis videtur ignotus.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 280

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 185.

3.

Stephani de Palecz Tractatus

Stephani de Palecz tractatus tres.

I de authoritate Eccles: Romanae

161b – 242b

Primus de authoritate Ecclesiae Romanae incipit: "Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Mt. XVI. Exploraturus Xtus fidem apostolorum per interrogacionem".

II de Clavibus Ecclesiae.

Secundus de Clavibus Ecclesie incipit: "Tibi dabo claves regni celorum &c. Licet omnes apostoli pari consorcio".

III. de portis inferi

Hussit: articuli

Tertius de portis inferi, seu quatuor articulis Wicklefistarum, et Hussitarum. Hi articuli tractatum praecedunt cum inscriptione: Sequitur Tractatus Wyklefistarum et hussitarum per eos presentatus Serenissimis principibus Regi Polonie et Magno duci litfanie" /: Lithuania :/ Et in fine: "Datum ao dni Mo. CCCCXX. Sunt iidem articuli, de quibus jam diximus in Cod: CCLXXVI. Prologus tractatus incipit: "Porte inferi non prevalebunt adversus eam Mt. XVI. Auctoritas Ecclesie tanta est". Hisce tractatibus praemittitur prologus communis omnibus, qui cum nonnulla contineat de Stephano hactenus incognita, dignum censeo, ut exscribatur; est autem is:

"Quia teste beato Augustino in una Epistola ad beatum Jeronimum Incomparabiliter pulcrior est fides Xtianorum quam Helena Grecorum. Pro ista enim forcius nostri martyres adversus hanc Sodomam scilicet hereticorum, quam pro illa illi Heroes adversus Troyam dimicaverunt hec ille. Proinde hoc exemplo promotus cogor ex professione veritatis Katholice adversus errores et hereses Wyklefistarum et hussitarum assurgere, et eisdem fidei et Ecclesie Romane exprobrantibus verbum respondere, ne taciturnitatis causa imprecionem domini dei inciderem

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 280

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 186.

per ysaiam sic dicentis Non fuit qui moveret pennam et aperiret os et gannire ys. X. Ideo Ego Stephanus de Palecz minimus Professorum Archydiaconus Calisiensis ad laudem sene, dicte Trinitatis et totius curie celestis ac ad honorem Reverendissimi in xto patris ac domini, ni, domini Nicolai archiepiscopi sancte Eccle, sie Gnesnensis et Primatis, et venerabilis ca, pituli ejusdem Ecclesie ac totius Cleri per univer, sum orbem diffusi ad profectum legendo Mathe, um tanquam lector ordinarius in eadem Ecclesia Gnesnensi, circa materiam Capli XVI. tres col, legi tractatulos. Unum de auctoritate Eccle, sie Romane sub themate Tu es Petrus &c: quam Wyclefiste et husfite negant et graviter im, pugnant. Secundum de Claviibus Ecclesie sub themate Tibi dabo claves regni celorum, quibus Wyclefiste et husfite penitus contra, dicunt. Tercium de portis inferi i:e: qua, tuor articulis erroneis, quos Wyclefiste et husfite Serenissimis principibus Regie/regi/ Polonie et magno duci lituanie pro hatho, licis presentarunt sub themate Porte inferi non prevalebunt adversus eam, submittens eos correccioni Sanctissimi domini nostri Apo, stolici Martini pape quinti, et sancte Roma, ne Ecclesie, ut si quid imperite vel incaute positum est, per ipsos qui Petri sedem et fi, dem retinent emendetur, paratissimus ad eorum informacionem incaute scripta vel im, perite reformare; et nihil deo concedente pertinaciter defensare." &c"

Stephanus de Palecz, non confundendus cum Stephano de Praga, juratus Husii adver, sarius, Professor, et Rector Universitatis Pragensis, presens erat in Conc. Constantiensi. Annus ipsi lethalis ignoratur. Vide Balbini Boh: docta edit Ungar. part: III. p: 205.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 280

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27632

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)